



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 9. Antonii Mariæ Salviati Cardinali mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Carmelitæ ubique ac in omnibus locis Sæc. XVII.
Fratres Redemptionis Captivorum præ- A.C. 1602.
cederent.

§. IX.

*Antonii Maricæ Salviati Cardinalis
mors.*

Hunc annum sibi funestum experie- *Ciacon. in
batur Antonius Maria Salviatus pa- vit. Gregor.
tria Romanus, qui Patre Laurentio & XIII.*

Matre Lucretia Medicea Leonis X. So-
nore die vigesima prima Januarii anno
Dominii millesimo quingentesimo trige-
simo septimo primam lucem aspexit.
Adolescens adhuc erat, cum jamjam
morum integritate, & scientiarum ac
principue jurisprudentiæ laude magnam
sibi famam etiam apud exterios Princi-
pes conciliaret, non modo a Galliarum
Rege ad Episcopatum S. Papuli, sed e-
tiam a Papa ad Tridentinam Synodum
expeditus: inde rediens sponte Ecclesiæ
suam sat pinguem nulla pensione sibi
retenta dimisit, postea variis muneri-
bus, atque etiam ad Carolum IX. Fran-
ciæ Regem legatione decoratus, defun-
cto Pio V. a Gregorio XIII. rursus in
Franciam mittitur, ubi sex annorum
spatio Catholicam Religionem depresso
hæreticorum audacia tam prospero suc-
cessu promoverat, ut idem Pontifex

Hist. Eccles. Tom. LIII. R illum

*Petramell.
in eleg.*

Sæc. XVII. illum in meriti præmium Cardinalen
A. C. 1602. Presbyterum tit. S. Mariæ in Aquino
crearet. Postea regnante Sixto V. Bononiæ Legatus decernitur, hancque
Provinciam exterminatis rebellibus op-
tatae paci restituit, glorioſo propterea
Liberatoris ac Parentis nomine a Bononiensibus honoratus: unde haud mirum
quod ab Urbano VII. Gregorio XIV.
Innocentio IX. & Clemente VIII. maxi-
mi habitus summis dignitatibus auge-
retur, quin tamen unquam pro tot la-
boribus in Ecclesiæ utilitatem exan-
latis quicquam, quo sua res cresceret
a Romanis Pontificibus ambiret, aut
acceptaret. Nihilominus luculenta quo-
que suæ in egenos liberalitatis, atque in
Deum pietatis monumenta reliquit;
Xenodochium enim S. Jacobi exstructo
novo Templo ampliabat, alterumque
S. Rochi proventibus, novoque mulie-
rum hospitio augens, & veterem Ec-
clesiam tituli sui funditus diruens, am-
pliorem a fundamentis erigebat: en-
dem quoque munificentia Hospitium &
Collegium pro orphanis nova fabrica ac-
reditibus locupletabat, aliisque Eccle-
siis magnifice instauratis merita cumu-
lare non prius, quam vivere desit, unde
haud immerito hujus Cardinalis domus
fides liberalitatis, horreum, asylumque
pauperum nominabatur: Tandem cælo-

maturus die decima octava Martii, an- Sæc. XVII.
no ætatis suæ sexagesimo sexto pie in A.C. 1602.
Domino obdormivit, morienti assistente
ipso Clemente VIII.

§. X.

Julii Sandtorii Cardinalis obitus.

Alter ex Purpuratis, qui hoc anno *Ciacon. t. 3.*
obiere, erat Julius Antonius San- *in vita Pii V.*
ctorius, natione Italus, patria Caser- *Purp. docta*
tanus, qui Leonardo & Barattonia Pa- *l. 4. Marac-*
rentibus die sexta Junii anno Salutis *cious in Purp.*
Mar.
nostræ millesimo quingentesimo trigesi-
mo secundo natus Theani ac Neapol-
i sub celeberrimis Magistris omni scien-
tiarum genere imbuebatur, ac demum
jurisprudentiæ Laurea decoratus Nea-
poli Cauffidicum agebat, paulo post Sa-
cris iniciatus Sacræ Inquisitionis Judex,
& Cardinalis Carafæ Archiepiscopi Nea-
politani Vicarius Generalis nominaba-
tur, quo in munere cum hæreticos publi-
cis sermonibus editoque libro, cui ti-
tulus: *deploratio calamitatum infectare-*
tur, non semel necis periculum incur-
rebat. Præterea impius quidam auro
corruptus Julium falso accusabat, quod
Pium IV. veneno trucidare moliretur:
quocirca Romam accersitur, ast calum-
niator cum bis in judicio mendacium
jure jurando confirmasset, tertio per-
R 2. *terri-*